

**www.e-rara.ch**

**Gentilis Obtrektor Sive De Calumniis Gentilium In Judæos commentatio  
Joh. Jacobi Huldrici, Pastoris Dum Viveret In Orphanotrophio, Juris Item  
Naturalis Et Ethices Christ. Professoris**

**Ulrich, Johann Jakob**

**Tiguri, Anno MDCCXLIV**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: 7.403

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-87820>

[Dedicatio.]

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

MAGNIFICENTISSIMIS, AMPLISSI-  
MIS, SPECTATISSIMIS, PRUDEN-  
TISSIMIS, DE RE PUBL. ET  
SCHOL. MERITISSIMIS  
VIRIS

DOMINO

JOH. CASPARO ESCHERO,  
URBIS TIGURINORUM CONSULI  
DIGNISSIMO, PATRI PATRIÆ  
OPTIMO.

DOMINO

SALOMONI HIRZELIO,  
PROCONS. DIGNITATIS ACTRIB.  
POTESTATIS VIRO GRAVISSIMO.

DOMINO

RODOLFO LAVATERO,  
ÆRARIÏ PUBL. QUÆSTORI, SENA-  
TUS ACADEMICI MEMBRO PRIMI  
ORDINIS SPECTATISSIMO.

DOMINO

HANS BLAARER à  
WARTENSEE,  
EQUESTR. ORD. SENATORI,  
OECONOMIÆ PUBLICÆ CURATIONE  
SUMMA CUM LAUDE DEFUNCTO,  
VIRO NOBILISSIMO.

NEC NON  
VIRIS CELEBERRIMIS, ERUDITISSI-  
MIS, DIVINARUM HUMANARUM-  
QUE RERUM SCIENTIA  
CLARISSIMIS

DOMINO

JOH. CONRADO WIRZIO,  
ECCLESIARUM TIGURINARUM  
ANTISTITI MERITISSIMO,  
VIGILANTISSIMO.

DOMINO

DAVID LAVATERO,  
PHILOSOPHÆ PROFESSORI PRI-  
MARIO, VEN. COLLEGII CANO-  
NICORUM PRÆPOSITO.

DOMINO

JOH. JAC. ZIMMERMANNO,  
THEOLOGIÆ PROFESSORI EXIMIO,  
VENER. COLLEGII CAROLINI  
CANONICO.

DOMINO

JOH. HENRICO RHANIO,  
PASTORI ECCLESIAE RUTHIACEN-  
SIS FIDELISSIMO, VENER. CLASSIS  
WEZICONENSIS DECANO.

*Publicum hocce devota Mentis & Pietatis  
Monumentum consecrat*

Autor.



**A** ΔΩΡΟΙ Veteres ægre in con-  
 spectum prodibant Prin-  
 cipis ; horum liceat mihi  
 imitari mores, Vos dum publi-  
 ce compello Principes Rei Lite-  
 rariæ. Si saltem cum meis nu-  
 gis Vos adirem, frontem dicere  
 posset quispiam periisse mihi, cu-  
 pienti manibus id tangi Vestris,  
 quod occupatis auribus haud  
 convenit ; Tyrocinia certe mea,  
 sola vobis obtrudere, & προσω-  
 πα vestra τηλαυγη tam leviuscu-  
 lis rebus impertiri ipse nollem,  
 )( 3                      alia


alia quædam habeo, quæ, spero, haud recusabitis, paucula nimirum illa, quæ Beatæ Memorix Parens Optimus DE CALUMNIIS PAGANORUM IN JUDÆOS commentatus est. Quibus vero dicari & dedicari majori Jure deberent, quæ ab illo profecta sunt, quam Vobis Viri Eximii, qui ipsum vestra, dum viveret, amicitia intimaque familiaritate estis dignati, qui Societate ex parte laborum multisque aliis nominibus illi fuistis conjunctissimi, qui illum denique non amastis solum, sed &, quod scio, suspexistis; et si insuper morem illum publice receptum, Tutores & Patronos novis Libellis conciliandi usurpare vellem, in quorum quæso Sinum & Præsidium securius & lætius confugerent

gerent pauca hæc Posthuma, nisi ad Autoris olim Amicos, qui se Summos Musarum & Studiorum Mæcenates & Deos Tutelares præstant. Sed et cum his quæ fuerent Amici vestri, accipite quoque levia quædam a filio ejus, qui hunc præcocibus nimis Fatis ereptum Vobis Amicum, sibi Patrem nondum, etiamsi jam effluxerit decennium, satis deflevit, nec unquam sat deflere poterit, exarata. Sinite quæso illa Nominibus Vestris Clarissimis inscribi, quo Vestra Autoritate & Auspiciis in Orbem Eruditum emitti queant. Tenuem commentatiunculam, conatum qualiumcunque specimen & perpetui obsequii tesseram serena & propitia fronte excipite, Humanitatisque Vestræ potius & Æquita-

tis, in illa dijudicanda, habete rationem, quam aut Elegantiæ aut Eruditionis, quam nullam, lubens fateor, in mea videbitis scriptione.

Pluribus ad Vos, Viri Ampliff. Vener. verbis haud opus est: Nam quæ plerumque hujusmodi Epistolis addi solent Patronorum Laudes, ampliorem locum desiderant, nec a parvulo me sine crimine forsan adscribi possent; quæ enim latissime per se patent, omnibusque, qui vera rerum pretia ponere valent, nota sunt, certe minora fiunt & obscuriora, quum ab homine Suada omni, omnibus verborum Lenociniis destituito in angustum locum contrahuntur; hoc unum Vobis sufficiet, si publice professus fuerim, me  
 Vo-

Vobis unice debere quid jam  
 sim & quid adhuc expectem,  
 me id quoque grata mente ag-  
 noscere, & agniturum esse quoad  
 vixerim. Nullus dies, credite  
 Viri Eximii, propensæ vestræ  
 in me voluntatis memoriam ob-  
 literabit, nullus casus altam,  
 quam imo corde defixam, Ve-  
 stri gero Venerationem, unquam  
 eripiet, & gratias cum Vobis,  
 meritis pares, referre haud  
 queam, Vota saltem, eaque ca-  
 lentissima, quæ non in labris,  
 sed fibris nata sunt, dabo. Be-  
 nignissimus Deus Vos, non e-  
 gregie modo de Republica,  
 quam fortiter & fideliter geri-  
 tis, sed & de Ecclesia Schola-  
 que, quas tuemini, nutritis et  
 ornatis, meritos diu perennare  
 & incolumes esse velit & jubeat,



coelitus omni Benedictionum  
genere locupletet, Patriæ, Ec-  
clesiæ, Familiis Vestris & omni-  
bus, qui Vos colunt & amant,  
florentes conservet. Seri in cœ-  
lum redeatis, diuque intersitis  
Populo Turegi,

*Neque Vos, nostris vitiis iniquos, ocior  
aura tollat*

*Hic magnos potius Triumphos, hic ame-  
tis dici Patres atque Principes.*

Quo Vobis ita Præsidibus, Urbs  
præstantissima, Ecclesia pul-  
cherrima, Athenæum dulcissi-  
mum, ad invidiam usque flo-  
reant diu, vigeant semper &  
virescant in perpetuum.

Ita valete

Viri Ampliff. Venerandi,

Dabam  
ipsis Calen-  
dis Januarii  
An. 1744.  
Tiguri.

atque proporro favete  
Clienti Vestro  
devot.

Joh. Jac. Huldrico.